



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Regvlarvm Vtrivsque Ivris Cvm Ampliationibvs Ac Limitationibvs

Dueñas, Pedro

Venetiis, 1566

Regvla CXXVII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63232](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63232)

quæsitum. ff. de leg. iii. Bal. in l. i. C. de ijs quibus ut indige.
Boe. q. 17. nu. 5. 6. & 7.

4 Fallit etiam in seruitoribus papæ qui licet sint abse-
tes percipiunt tamen fructus suorum beneficiorum, qui
ipsi possunt obligare pro suis urgentibus necessitatibus
secundum Boe. d. q. 17. nu. 8. all. tex. in c. bonæ de postu-
prælat. & Abb. Io. Andr. & Antonius de But. in c. cum de
lectus de cler. non resid. & possunt assignari creditoribus
ex quo fructus beneficiorum sunt temporales. secundum
Boe. q. 226 nu. 3. ad fin. d. quæstion.

5 Fallit quando imponeretur aliqua gabella uel taxa in
communi pro refectione pontium uel uiarum, quæ per
currus. & plaustra destruuntur. tunc clericus poterit obli-
gare partem suorum reddituum agentibus pro communi
pro publico beneficio tuendo. secundum Dec. in c. sanctæ
Mariæ. nu. 272. de const. Bal. in l. ad instructionem. C. de
fac. sanct. eccle. Feder. de sent. consi. 207. nos.

REGULA CXXVII.

1 Omnia inuecta & illata in domo conducta censent
esse obligata domino domus pro pensionibus currentibus
doct. in l. certi iuris. C. locati Roma. sing. 191. Soc. regula
192. fall. 6. neg. in tract. de pignore 4. membro 1j. par. prin-
cip. 12. casu 1j. modo in dubium reuocatur an executio sta-
cta in bonis depositatis, uel accommodatis in domo ali-
cuius, pro pensione, seu affectu ad instantiam proprietarij,
seu d. domus ualeat aut teneat, tu omissis ambagi-
bus tene q. sic. ex stilo & usu patriæ nostræ. pro ut iudica-
tum fuit, & eam plene discussi & examinavi in c. 26. nu.
16. & 17. in tract. meo de ordine procedendi in iudic. &
Afflic. in decis. 184. nobilis quidam & communiter doct.
in d. l. certi iuris. C. locat. & similiter in fructibus natis in
terris domini, & per conductorem laboratis ipse omni-
bus anteponitur, & conductor tenetur potius uendere fru-
ctus domino quàm alicui alteri pro iusto precio; quæ res
in se habet æquitatem pro ut Bar. Ang. & Luc. de Pen. in
l. i. C. de met. & met. l. 11. Castr. consi. 4. uerbi. præ-
terea

terea si dictis uolum.

¶ Fallit i. hæc regula quando bona ut supra inducta non sunt apposta in ea domo eo animo ut perpetuo ibi permaneant secundum Pau. de Cast. in l. item quia. ff. de pact. Afflict. deci. 184. & Io. Fab. in §. Item seruiana inst. de act. Quod tamen secus est, in hac ciuitate Veneta ob antiquissimam consuetudinem, hactenus obseruatam q̄ nota.

¶ Fallit hæc regula in illis bonis, quæ ex forma legū pro pignore nullo modo accipi possunt. ut puta animalia bo uina, & instrumenta rusticana, bona per dominum nostrū alicui ex gratia donata, & alia bona de quibus in regula 143. pro pignore accipi non possunt. ut l. pignorum. C. quæ res pro pig. oblig. non poss. l. sancimus nemini. C. de sac. sanct. eccl. monumenta etiam pro pignore accipi non possunt. ut l. inuito. C. de relig. & sumpt. & l. iiii. C. quæ res pign. oblig. ac de quibus in reg. 143. & in parte Senatus 1398. & 1271.

R E G U L A C X X V I I I .

¶ Occidens hominem tenetur ad expensas medicorum, & ad expensas operarum interfecti. i. habita ratione ad tempus quo occisor uiuere potuisset. l. fin. ff. de his quæ deie. uel effund. & ad extimationem operarum, & ad artem, quam exercere solitus erat. secundum formam. l. hæreditatum. ff. ad l. falcid. Ita spe. in tit. de iniur. & damno dato. §. sequitur uersi. sed nunquid cum seque pro ut in crimine falsi. ut l. qui nomine. ff. de fals. & hoc quando proceditur ciuilitate secus uero quando criminaliter uirtute. l. Cornelie de sicar. quia una tendit ad uindictam, altera uero ad persecutionem rei familiaris. Ita Cyn. in l. si non cõuicij q. 15. C. de iniur. Soc. cõsi. 146. col. penul. & si. uol. i.

¶ Fallit regula in ijs quæ eueniunt in pura rixa, quæ casualiter euenit, nam si occiditur unus & constat postea de uulnere illato per unum ex pluribus ibidem astantibus, non tenentur alii, secundum consi. Saly. & Anch. in consi.

¶ 2 2 16. nos.